

CONRADI GESNERI
IN LIBRUM DE
Lapidum, Gemmarum ac Metallorum figuris, Prefatio: quæ ordinis rationē reddit, & Capitulū XV. argumenta enumerat.

DE Lapidibus & Gemmis alij aliter suos ediderunt libros: mihi hūc ordinem sequi visum est, quem (ut spero) lectores non improbabunt, ab ipsa ferè natura deductum. Primo enim loco lapides illos, in quibus lineæ duntaxat & puncta, & ad figurā pertinētia magis quàm ad corpus cōsiderantur, enumero. Secundo, eos qui vel simile aliquid corporibus simplicibus, ut cœlestibus & elementis habent: vel saltem ab eis denominantur aut cognominantur. Tertio, qui meteoris aliqua similitudine comparantur. Quarto, qui rebus terrestribus inanimatis. Quinto, qui rebus
artifi-